

burg  
175





2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.





37.

30

ΕΠΤΑΣ  
 QVÆSTIONVM  
 JURIDICARVM.

1675, 11.

QVAM

ADJUVANTE. DEO.

*Sub Moderamine*

MAGNIFICI, NOBILISSIMI  
 ATQVE AMPLISSIMI,

DOMINI

IOHANNIS. REBHAN. ICTI.

Sacr. Cæs. Palat. Comit. Diversorum Imperii Sta-  
 tuum Consiliar. Patriæque Universitatis Antecessor. Senior.  
 ut & Collegiæ Eccles. ad D. THOMÆ. Decani  
 Spectatissimi, ac undiquâque cele-  
 bratissimi.

DNI. PATRONI. ATQVE. PRÆCEPTORIS.

sanctè devenerandi.


SOLENNITER

*defendendam sistit*

PHILIPPUS. LUDOVICUS. KÜNAST.

Argentines. Auth.

*Ad diem 29. Mensis April. h. l. q. consuet.*



ARGENTORATI,

Typis JOH. FRIDERICI SPOOR.

ANNO cl5 l5c LXXV.

26.





*ILLUSTRE.*  
COLLEGIUM, SEPTENVIRALE.  
SCHENCKBECHERIANVM.

*VIRIS.*  
DE. PATRIA. ECCLESIA. ET. SCHOLA.  
*PRÆCLARISSE*  
*MERITOS.*


DOMINOS. GRATIOSISSIMOS.  
*HARUM PAGELLARVM*  
PATRONOS.

EXOPTAT  
*DEVOTISSIMVS*  
*CLIENS*

PHILIP. LUD. KÜNAST.  
ARGENT.







PRINCIPE. LUMINVM. CHRISTO.  
AUXILIANTE.

## QVAESTIO I.

*An Spurij ad Dignitates promo-  
vendi?*



Um portæ Dignitatum infamibus non pateant. *l. 2. Cod. de Dignit. (XII. I.) l. 8. Cod. de Decurion. (X. XXXI.) l. un. Cod. de infamib. c. infamibus. LXXXVII. de R. I. in 6. Spuriorum autem nomen apud bonos & gravatos Viros, uti Joh. Andr. ad dict. c. 87. dict. tit. Azo in Summ. Cod. ex quib. caus. inf. irrog. n. IV.*

*Tiraquell. de Nobil. c. xv. Hartmann. Pistor. quæst. xxx. n. IV. & seq. Carpzov. Jurisprud. Consistor. lib. II. tit. XIV. defm. CCXXXVI. n. IV. & v. demonstrant, & Dd. communiter ex l. fratres. 27. Cod. de inoff. testam. colligunt, maximè labore, illos à capessendis honoribus haud immeritò arcendos judico. add. Perez. ad d. tit. Cod. de dignit. n. XLIII. Removentur itaque (I.) à fascibus Imperii, quia sordes inter præcipuos poni non merentur. Bald. in l. cum legitime. ff. de Stat. Homin. unde Friderico II. Imperat. necesse fuit, in publicis Merseburgi habitis Comitibus, postulantis Imperii Principibus, fidem natalium suorum vindicare, idoneis ad hoc prolatis documentis. v. Spangenberg. in Chron. Saxon. cap. CCXLVII. (II.) ab Electoribus secularibus, juxta A. B. c. VII. §. 2. ibi: ein recht Ehe kind. Petr. Greg. Tholosan. VII. de Republ. IIX. (III.) ab Ecclesiasticis Ordinibus, c. inter dilectos. XI. X. de Excess. A 2 pralat.*



pralat. c. accedens. xiv. X. de purgat. canon. Lancelot. Inst. Jur. Canon. lib. I. tit. VII. §. IX. c. un. de Fil. Presbyt. in 7. (ita quoque lege Veteri apud populum Israëliticum usque in decimam generationem prohibiti fuere ingredi DEI Ecclesiam, Deuteron. xxiii. vers. 2.) quanquam Pontifex interdum dispensando aliter statuat, per c. I. & tria seqq. it. c. xiv. xv. & xix. de Fil. presbyt. c. innotuit. xx. X. de Elect. (IV.) ab Assessoratu, l. 2. in fin. ff. de offic. Assess. Ordin. Camer. part. I. tit. III. §. Desgleichen. 2. (quod etiam tum, quando Filius quidem legitimus, illegitimo autem patre natus sit, fieri posse putat, præjudicioq; de ann. M. D. LVI. confirmat Julian. Magenhorst. ad dict. Ordin. d. l. pag. m. 7.) ut & à Senatu Imperii Aulico, v. Ferdin. IV. & Leopold. Capitull. art. xli. & xl. (V.) à Torneamentis, Limn. f. Publ. VI. 5. 35. ibi: Welcher/ oder welche die nicht in der Ehe geböhren sind / die sollen nicht geheilt noch zugelassen werden / jung. Mich. Prauns / Politisch. Betracht. von den Heerschilden / §. VII. pag. m. 4. (VI.) à Consiliariatu, Bald. in d. l. cum legitima. dict. tit. Mynsing. cent. IV. obs. xxxi. sunt enim Consilarii (qui & Assessores vocantur. l. pen. ff. l. 3. l. 10. cum duab. seqq. Cod. de Assess. Nov. LX. c. 2. & Nov. LXXXII. c. eod.) pars corporis ipsorum Principum, l. quisquis. §. pr. Cod. ad L. Jul. Majest. c. si quis. xvii. caus. vi. quest. 1. c. felicis. v. circ. fin. de poen. in 6. imò eorum Patres, l. 4. Cod. Locat. (quo titulo etiam Læsthenes à Demetrio, I. Maccab. xi. v. 31. & 32. & Haman ab Ahasvero, Regib. Fragment. in Esther. v. 6. compellantur,) ac Amici, exempla habentur in l. 4. Cod. de contrah. & committ. stipul. l. 17. pr. ff. de Jur. Patron. l. 4. Cod. de jur. fact. ignor. l. ult. ff. de offic. pref. Vigil. l. 1. §. 3. ff. de Appell. & cum eo constituunt unum corpus. l. 8. Cod. de dignit. Hinc Veneti quoq; nullum illegitimum, tametsi postea quoquo modo jura Legitimationis nactus sit, in Consilium recipiunt, d. Tiraquell. d. lib. & cap. n. 29. (VII.) à Doctoratu, Bartol. in procem. Cod. & Dd. communiter. add. l. honor. 14. §. 3. ibi: origo natalium. ff. de muner. & honor. nam hic quoque Dignitas est. c. quando. III. X. de Magistr. & laudat egregiè Imperat. Justinian. in l. 2. §. qua omnia. 9. in med. Cod. de V. I. E. f. Czum Anatolium, quod ab antiquâ legitimâ stirpe genus duceret, ob cujus defectum olim Jason à Collegio Jurid. Mediolan. repulsam tulit, Herm. Hermes. fascic. I. P.



*I.P.c. xxxiii. n. clxvi.* quod etiam Bononiæ, *Palaott, de Spur. cap. lvi. num. x.* Basileæ *Petr. Heig. part. I. quest. XXI. num. 59.* & aliis multis Academiis observatur; quamvis idem Doctoris gradus ejusmodi personis Tubingæ haud denegari soleat, *v. Th. Lans. de Academ. p.m. 96. Dietherr, in addit. ad Besold. thes. pract. voc. Bastard.* Exemplum de *Ludovico à Greiffenstein, Eberardi Barbat.* primi Württemberg Ducis, & prædictæ Universitatis Fundatoris, Filio naturali, & Jur. Doctore, refert *Excellentiss. Dn. D. Spener. in Syllog. Geneal. histor. in famil. Württemberg. p.m. 180. (II.)* à Notariatu, *R. A. zu Cöllen / de anno 1512. §. Erstlich ordnen wir. 12. Ludov. von Hörnigk / in Stell. Notar. part. I. pag. 10. §. II. (IX.)* à portandis insignibus patrum, *vid. Chassan. in Catal. glor. mund. part. I. consid. 38. concl. 24. Item Sächs. Land R. lib. III. art. LXXII. ib: gloss. das Ehlich frey gebohren Kind / behält seines Vatters Heer Schild.* In Gallia quidem *Bastardis* etiam patris ac familiae signa conceduntur, ubi tamen lineam per intermedium scuti, à sinistro latere ductam, quam *barram* vocant, à legitimis distinguuntur. *Speidel. in Notab. histor. jurid. polit. voc. Wappen. Nolden. de Stat. Nobil. c. VIII. n. 69. Jacob. Otto, in hypotypos. Legitimat. illegitimos. XIII. pag. 54. (X.)* ab addiscendâ arte buccinatoriâ campestri (*Feld Trompeter zu werden*) *v. Limn. I. P. tom. II. addit. III. 10. 27. punct. 2. ib.* Wann einer einen Jungen lernen will / soll sich der Lehrmeister wohl befragen / ob er von ehrlichen Eltern / eines ehrlichen Herkommens etc. quale munus apud Hebræos olim soli obibant Sacerdotes, *Numer. x. v. 8. (XI.)* à Jure Civium, *Aristotel. III. Pol. 3. maximè in Civitatibus Imperialibus, v. Knipschild. de Civitat. II. xxix. 113.* Hinc diversis in locis literas testimoniales exhibere tenentur, *das sie ehelich gebohren / v. Wehner. observ. pract. voc. Mann Recht. Besold. thes. pract. voc. Bürger / quod & in Inclytâ hâc Republicâ* moris est, ubi novi Cives non ante in Jus Civitatis, aut ad dicendum Sacramentum admittuntur, quam in Senatu de Natalibus, de Religione, de populo, de facultatibus, deque omni vitâ ante actâ, ita ut Leges poscunt, responderint. *v. Delineat. form. Reip. Argentin. in fin. (XII.)* à Feudis, *§. naturales. II. Feud. xxvi. l. fin. Cod. de liber. natur. (ita, ut ne matri quidem in feudo foemineo succedant, per d. §. naturales, Ludov. Synops. feud. c. X. pag. 209.*



*Struv. Synt. Jur. Feud. c. ix. aphor. III. p. 302. Vultej. lib. I. Feud. c. ix. n. xci. Goedd. disput. feud. VII. th. III. ad lit. (e)* ) etiam si postea legitimitati fuerint, quod in legitimatis per rescriptum Principis omnes admittunt, in legitimatis autem per subsequens matrimonium plerique negant, quos *ap. d. Ludov. prefat. loc. Wurmser. Exerc. I. P. II. th. x. pag. 64. & Hattysser. analys. feud. c. VII. p. 66.* videre licet, quamvis & in his priorem quoque opinionem veriorum judicet, *id. Ludov. modo cit. l. cum quo etiam sentiunt Locamer. quast. Feud. LIX. Struv. d. c. p. 305. & Wissenbach. Compend. feud. c. v. p. 521.*

## QVAEST. II.

### *An Adoptatus à Nobili, fiat Nobilis?*

**N**egativæ ut subscribam, facit (1.) sequens argumentum: Quidquid est Juris publici, illud pactis privatorum mutari nequit, *per express. text. in l. 38. ff. de pact.* atqui Jus Nobilitandi est Juris publici, & soli Imperatori competens, *v. Dan. Otton. Jus publ. c. xi. p. m. 334.* Ergo. (2.) Adoptio non adfert Jus sanguinis. *l. 23. ff. de adopt.* (3.) adoptivus filius in feudo patri non succedit. *§. adoptivus. II. Feud. xxvi.* adeoque nec Nobilis fit, alioquin enim ipsi succederet. *conf. Perez. ad supr. all. tit. Cod. de dignit. n. xxix. Nolden. d. l. c. IIX. §. 5. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. III. th. LXV. Strauch. dissert. Justin. IV. aphor. XIX. Ludov. disput. Instit. II. thes. IIX. in endrō. ad lit. (g.) Liebenthal. Colleg. Polit. Exerc. IV. quast. v. Wurmser. d. l. Exerc. IV. th. XIII. Rümelin. ad A. B. part. III. dissert. III. th. VIII. Gifan. disput. Instit. IV. n. xxvi. in Coroll. pag. m. 78. Dissent. Locamer. quast. Instit. xxxi. & Dn. Bicc. in Aur. sect. I. th. xxiv. pag. m. 77.*

QVAEST.



## QV AEST. III.

*An à mortis pœnâ liber sit, cui primo ictus  
à Carnifice caput abscissum  
non est?*

**Q**Uoniam sententia, quæ fuit, daß er mit dem Schwert vom  
Leben zum Tod gerichtet werde/ *Peinl. Halsz. Ger. Ordn.*  
*art. cxcii.* effectu suo destitui, *l. i. l. 45. §. i. l. 55. ff. de Re iudic.* ac  
frustranea esse, & iudicium elusorium fieri non debeat. *l. si præ-*  
*tor. 75. ff. de iudic.* non video, quâ ratione fonti tali casu vita con-  
donari possit. Præterquam enim quod Carnifex cum damnato  
colludere, vel ex imperitiâ officium suum peragere haud posse,  
interdum etiam ab adstante populo impediri pro certo tradatur,  
*Niell. disput. feud. xi. th. 2. lit. (d.)* unde postea Constitutio de  
illo non perturbando lata est. *v. eand. Nemes. Carol. artic. xcvi.*  
*Kays. Maximilian. II. Artic. br. art. lxxvi. Speidel. memorat.*  
*lib. voc. Hencker.* delicta quoq; impunè relinquenda non sunt,  
*per l. ita vulneratus. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 95. §. i. vers. sanè. ff. de*  
*solut. l. 9. §. 5. ff. de Publican. l. 70. §. 5. ff. de Fidejussor.* ne ad male-  
ficia quisquam temerè profiliat. *l. 14. Cod. de pœn.* Et quoniam  
is demùm pro absoluto habetur, qui pœnam persolvit, (ita ut  
omnis ex delicto nata obligatio per illam in sententiâ determi-  
natam tollatur) *arg. l. Divus. 7. ff. de fur. patronat.* liberandus non,  
sed iterùm feriendus erit, qui eandem non implevit, *arg. l. i. pr. ff.*  
*de offic. eius cui mand. iurisd. l. 57. in fin. ff. de manumiss. v. Limn.*  
*Jur. Publ. IV. 8. 291. & seqq. Niell. dict. los. Eberard. Hoyer. in:*  
*Concordant. ad Chur Brandenb. KriegsRecht. tit. III. art.*  
*xx. pag. m. 576. Petr. Papp. von Trauberg/ Holländ. Kriegs-*  
*Recht. art. III. lit. (n.) p. m. 92. ubi ex Ioh. Papon. lib. xxiv. tit. xvii.*  
*arrest. xiv. idem in Galliâ observari, & adhuc in exequendo per-*  
*gi refert. Facit pro confirmandâ hâc opinione etiam sequens*  
*exemplum, quod ob notabile factum, sicuti ab Erasmo. Francisci*  
*III. Theil/ Hoh. Traur. Saals/ xxxix. Geschicht p. 1016.*  
prolixè describitur, per extractum saltem huc apponere placuit.

Als



Als Oberst Fahrensbach ( qui cum Generali Crazio, Ingolsta-  
dium, Suecis sub Duce Wimariensi tradere constituebat, quod  
autem successu caruit ) den 19. May/ anno M. DC. XXXIII. zu  
Regensburg zum Schwert streich verurtheilet worden/ dem Scharff-  
Richter aber derselbe mißlungen / sprang er nach diesem von der  
Sterb. bühn herunder/ verbande die kleine Verwundung/ so über den  
Kopff hingefahren/ mit einem Wisch. tüchlein/ und will/ weil er den  
Streich einmahl außgestanden/ weder durch gute noch scharffe wort  
nicht wieder hinauff / wird aber von vier andern zugegen stehenden  
Scharffrichtern / auff des Feld. Marschall Altringers Befehl  
jämmerlich zu stücken gehauen. Hæc superius dicta, ob identi-  
tatem rationis, obtinent quoque, si Fur rupto laqueo incolumis  
in terram decidat, quem denuò suspendendum volunt *Ungepaur*  
*Exerc. XIII. quæst. v. in Neg. Ludov. disput. Instit. xv. thes. III. in*  
*ex. deo. ad lit. (g.) Hænon. disp. XIIX. thes. XI. Petr. Theodor. Colleg.*  
*Crimin. disput. II. th. VII. ad lit. (i.) Struv. Synt. I. Civ. Exerc. XLIIIX.*  
*th. XXV. n. XIII. in fin. Rittershus. Disput. Instit. XXVI. th. XXV. Pfälz.*  
*Lands Ordn. tit. LXX. ap. Abrah. Saur / in fascicul. Constitut.*  
*Criminal. pag. 201. add. prius alleg. Hoyer. & Papp. citat. ibid. loc.*  
*& Authores, quos adducunt.*

## QVAEST. IV.

*An Rex post abdicatum Regnum, incolas  
adhuc Liebe Getreue appellare  
possit?*

**A**ppellationem hujus vocis intuitu Jurisdictionis usurpari, &  
subditis tantum ac Vasallis ita scribi, iis autem qui neutro  
Jure tenentur, non attribui, præter *Gail. de Arrest. c. VII. n. X. &*  
*XIII. etiam Ruding. V. observ. XXVI. Besold. thes. pract. voc. Liebe*  
*Getreue 2c. & Liebenthal. Colleg. Polit. Exerc. xv. quæst. III &*  
*IV. affirmant. Unde cum Rex renunciatione factâ omne Jus*  
*suum, & ita per consequens etiam Jurisdictionem amittere di-*  
*catur, c. ex transmissâ, III. c. VI. & c. XI. X. de renunciat. c. accepta. III.*  
*& seq.*



Et seq. X. de restit. spol. & subditi non amplius subditi existant, juramentoque absoluti sint, nec hoc ipsi porro licebit; satis enim absurdum esset, redire quem ad hoc, cui renunciavit. l.ii. C. de reb. credit. l. 14. §. 9. ff. de edil. Edict. & quod cæpit ad alios pertinere, l. i. §. 6. ff. de Successor. Edict. Hanc ob causam nuper defuncti Polon. Regis JOH. CASIMIRI, (qui paulò ante regale solium lubens dereliquerat) Legato, in aulâ regiâ Cracoviensi, mense Februar. Anno M. DC. LXXII. audientia petita denegata fuit, quod Nuncii terrestres v. die Landbotten (quorum non levis est authoritas) ægerrimè tulerint, se à præfato Rege in exhibitis Credentialibus, quibus & ipse Polonia Lithuaniaq. Regis nomen adhuc ferebat, Dilectos ejus Fideles nuncupari. vid. Relat. autumn. Francof. de anno 1672. tit. IX. p. m. 53.

## QVAEST. V.

*An etiam diversa religioni addictis,  
justa deneganda sepultura?*

**L**icet omnes omninò mortales, terræ matris (cui juxta Genes. l.iii. v. 19. pulvis es, & in pulverem reverteris, naturâ procreari sunt) domicilium sibi futurum meritò expectent. Schönborn. IV. Polit. V. p. m. 400. & eorum cadavera, ob memoriam humanæ conditionis, l. pen. pr. ff. de condit. Instit. insepulta relinqui, l. si quis. 12. §. 3. ff. de relig. & sumpt. fun. l. sunt personæ. 43. ff. eod. ac post mortem vexari non debeant. l. 38. Et seq. ff. h. t. l. 3. §. 4. ff. de sepulcr. violat. attamen quibusdam ob malè actæ vitæ turpitudinem, aut nulla planè, aut si fiat, saltem minus honesta permittitur sepultura. Prioris generis sunt illi, de quibus l. i. ff. de cadav. punit. §. l. 28. §. 15. ff. de pæn. loquuntur, add. Wesenb. parat. d. t. de cad. punit. Sic etiam olim ob cœlibatum, sepulturæ honor apud Corinthios interdictus legitur, apud Anton. de Guevarr. in Horolog. Princip. part. II. pag. m. 11. Posterioris autem (I.) manifesti Usurarii. c. quanquam. II. de usur. in 6. Clement. I. de sepult. cap. 3. Et 5. X. de Usur. (II.) Excommunicati, c. adhac. V. X. de privileg. Et excessib. privilegiat. c. Episcoporum, VIII. de hæret. in 6.

B

in 6.



in 6. c. sacris. XII. X. de sepult. nisi à Presbytero in articulo mortis absoluti sint. c. parochiano. ult. X. eod. (III.) Judæi, Lancelot. Inst. Jur. Can. lib. 2. tit. 24. §. 9. (IV.) Torneamentarii. c. felicis. I. X. de torneam. c. quia. un. de torneam. in extravag. Johan. xx. jung. Finckelthuf. in Conclus. de jur. sepult. conclus. XIII. lit. (c) Carpzov. Jurispr. Consistor. lib. II. tit. 24. defin. CCCLXXXI. n. 3. & seqq. Vngepaur. ad Decret. de sepult. p. m. 600. Item pugnantes in duello, si in conflictu decedant. Perez. ad tit. Cod. de relig. & sumt. funer. num. 3. add. c. 1. in fin. de duell. & duell. permittent. in 7. & Carolus Scribanus Polit. Christian. lib. II. cap. XLI. (V.) Fures & Latrones in flagranti crimine occisi, c. fures. II. X. de furt. c. placuit. XII. caus. XXIII. qu. v. (VI.) 'Αυτοχρητες, d. c. placuit. d. l. qui secundum mores modernos, aut in furcam tolli, aut sub eâ, s. etiam loco supplicii destinato, sepeliri solent. Schneidev. ad §. religiosum. 9. I. de R. D. Wesenb. parat. ad L. Cornel. de Sicar. n. 7. Perez. ad tit. Cod. de bon. eor. qui mort. sib. consciv. n. 5. & c. secus autem cum iis proceditur, qui vel ex melancholiâ, vel aliâ animi impatientiâ mortem sibi consciscunt, Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. xv. thes. 82. quanquam de ceremoniis, ut remittatur non nihil, judicis arbitrio determinari debeat. v. Ziegler. in not. ad Grot. de J. B. & P. lib. II. c. XIX. pag. m. 421. & ad Lancelot. lib. II. tit. XXIV. §. 9. p. m. 580. (VII.) Raptores. c. super eo. II. X. de raptor. (VIII.) Incendiarii. c. pessimum. 32. caus. XXIII. quæst. 8. (IX.) Verbi Divini & Sacramentorum contemtores. Carpzov. Jurisprud. Consistor. lib. II. tit. XXIV. defin. 382. (X.) Monachus, apud quem aliquid proprietatis in morte repertum est, qui cum eâ extra monasterium in sterquilinio subterretur. c. vi. X. de Stat. Monach. Brandmyller. Manud. ad Jus Civ. & Can. different. Monach. ingressus. & c. p. m. 329. (XI.) Hæretici, c. sicut. II. X. de hæret. c. Ecclesiam. XXIX. de Consecrat. Distinct. I. An autem (XII.) diversæ religioni addicti, eâdem quoque privandi? controversatur. Affirmant Pontificij, per d. c. Ecclesiam. ita, ut teste Petr. Syring. in Dissert. de pac. relig. conclus. xxxv. fin. in Nucl. J. P. p. m. 1271. ne quidem in hortis aut pascuis suis, terræ mandari permittant, exuvias Evangelicorum in suis ditionibus emortuorum. Unde cum anno M. D. C. LXVII. mens. Decembri. Georg. Fræder. Patric. Gedanens. in reditu itineris Gallici, & pago quodam



quodam Francicæ ditionis *Ourches* dicto, ab urbe *Toul* tribus  
 miliaribus distante, obiisset, post mortem quoque barbari ho-  
 minis, Sacerdotis Pontificii (*quem ad se prius vocari noluit*) in-  
 humanitatem expertus est; quippe qui corpus ipsius primò in  
 aquam projici voluit, mox verò contranitente itineris socio,  
 juxta bestiarum cadavera sepeliri fecit, homo ipse asininâ  
 sepulturâ dignus. *videat. Maximè Reverendi & Amplissimi*  
*Dn. D. Sebastian. Schmid. Convent. Ecclesiast. Præs. & Facult.*  
*Theol. Senior. famigeratiss. Program. funebr.* Et si contigerit ali-  
 quando horum corpora in cæmeterio Ecclesiastico tumulari, si  
 ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari, (contra *ex-*  
*press. text. in l. 39. ff. de relig. & sumt. funer.* ubi *DD. Fratres* edi-  
 cto admonuerunt, ne justæ sepulturæ traditum, id est, terrâ con-  
 ditum corpus, inquietetur) & procul ab Ecclesiasticâ sepulturâ  
 (*ne voces Clericorum cantantium inde exaudiri possint, uti Glossa*  
*fatis ridiculè sentit*) jactari præcipiuntur. *vid. cit. Ziegler. ad dict.*  
*Lancellot. Inst. Jur. Canon. lib. II. tit. xxiv. §. 10. p. m. 581. exemplum*  
*invenies apud supr. nominat. Brandmyll. dict. libr. differ. Hæretic.*  
*sepult. deneg. p. m. 138. de Petr. Martyris, jam per triennium sepul-*  
*tâ, post autem effossâ, & fœdissimè dehonestatâ conjuge. Ve-*  
*rùm Negativa verior est, cùm ob ab initio prolatas rationes, tum*  
*quod Evangelici hæreseos nomine compellandi non veniant.*  
*Carpzov. definit. part. III. const. xiv. defin. 10. num. 4. & eorum Re-*  
*ligio, vi Pacific. Relig. d. 1555. publicè doceri permittitur. v. Rein-*  
*king. de Reg. Sec. & Eccl. lib. I. cl. V. c. IV. n. 156. Arnis. Relect. Po-*  
*lit. lib. II. c. VI. sect. V. n. 131. quod etiam de Reformatis statuen-*  
*dum erit propter recentiss. Instrum. Pac. Monaster. Osnabrugens.*  
*art. v. §. transactio. & c. I. & art. VII. §. unanimi. I. B. Dn. Bœcler.*  
*in Notit. S. Rom. Imper. lib. XII. c. v. pag. 172. Guil. Ignat. Schür.*  
*in Manual. Pacific. quest. v. & quest. VII. ubi diversæ fidei Cives,*  
 in civitatibus Imperialibus à publicis cæmeteriis, honoreve se-  
 pulturæ non excludendos arbitratur. Animadvertit hoc pro-  
 bè ille *Patavinæ Urbis* Prætor, qui Parochum, Anglo ibidem  
 reformato piè defuncto, ecclesiasticam sepulturam (quam  
*Serenissima Venetorum Respublica*, omnibus peregri-  
 nis tam *Augustanæ Confessionis*, quàm *Reformatæ Religionis*,  
 ex singulari privilegio concessit,) eò quod canonibus aversetur,



denegantem, per viam Juris adegit, uti de suo tempore hoc factum asseverat *Dn. Nicol. Myler. ab Ehrenbach/ 22. in addit. ad Rümelin. A. B. part. III. Dissert. II. Coroll. VI. p. m. 668.*

## QVÆST. VI.

*An cadavera punitorum Medicis ad anatomiam concedenda?*

Quamvis hoc jure nullibi decisum sit, ratio tamen publicæ utilitatis, quæ omninò præferenda, *Novell. xxxix. c. I. princ. l. un. §. 14. fin. Cod. de caduc. toll.* & ut Medici, quibus salutis hominum curam agere incumbit. *l. i. §. 1. ff. de Extraord. cognit.* eò perfectiores, & in curandis variis morborum generibus peritiores evadant, efflagitat. *Wesenbec. in parat. ff. de cadav. punit. ib: Ludovell. in animadvers. n. ult. Godofr. in not. ad d. t. de cadav. punit.* attamen cum anatomia vix fieri possit sine quâdam propinquo- rum ignominiâ, prudenter monet *Marquard. Freher. i. parerg. xxv.* ut ratio habeatur conditionis & dignitatis puniti, hujusque familiæ: quin etiam benè prospiciendum Reipubl. administra- toribus, ne anatomicae sectiones hominum, aut mulierum, aut infantum, promiscuè vel crebriùs fiant, ac in ipsius Gratiiosi Medicorum Ordinis opprobrium vertatur, *Petr. Gregor. Tholo- san. xvii. de Rep. ix. n. 11.* Quomodo optimè consuluit *Sereniss. Saxon. Elect.* quando, refer. *Carpzov. in sep. alleg. Jurispr. Con- sistor. lib. II. tit. xxv. defin. 411. n. 4. per Ordinat. Eccles. sub tit. Ber- ordnung beyder Universitäten 2c. rubric. von der Facultät in der Arzney/ 2c. §. Sonderlich aber soll der Professor Chirurgiæ, &c. constituit, ut quotannis semel in humano corpore, si comparari poterit, publica exerceatur sectio. *Non obst. c. 1. in Extra- vag. comm. de Sepult. ubi Bonifac. VIII. ejusmodi secantes, ipso facto excommunicatio- ne notat.**

QVÆST.



QVAEST. VII.

*An Nobiles ruri degentes, circa confecti-  
onem Testamentorum gaudeant quoq;  
Jure Rusticorum?*

**R**usticos, quibus non est literarum peritia, in condendis ul-  
timis voluntatibus, (secus quam ij, qui intra civitatis mu-  
ros, & castris Orbis Romani commorari solent, *l. ult. Cod. de Te-  
stam. Anton. Faber. in Cod. (vi. v.) def. xxvi. n. 2.*) pauciores testes,  
ita, ut si septem non reperiantur literati (qui tamen inventi o-  
mnes adhibendi sunt) quinque quoque, imò secundum *Jus Ca-  
non. c. x. X. de Testam. & Jus Saxon.* duos tantum vel tres cum  
Parocho. *Coler. II. decis. xxxv. n. 4.* imò, secundum *Perez. ad d.  
tit. Cod. de Testam. n. XXIII.* ferè ubique gentium: (quamvis ob-  
servare licet passim à minus peritis, testamenta talia, cum testa-  
mentis apud Acta sive coram Sculteto loci, duobus Scabinis  
& Parocho, qui communiter Scribæ officio defungitur, condi-  
tis, confundi:) modò in scriptis, & non nudâ voce, ubi de nu-  
mero ordinario, nihil remissum habetur, perficiantur, assumere  
posse, juris est indubii, *per d. l. fin. Cod. d. tit.* cum quâ concor-  
dat *R. A. zu Cölln. de An. 1512. tit. von Testamenten/ r. §. und  
sollen/ vers. Item und auff dem Gou/ wo Baur, leut Testament  
machen/ und mehr Zeugen nicht zu bekommen wären/ auff s wenigste  
sinff Zeugen/ r.* Unde quaritur: cum sub rusticorum appel-  
latione, etiam quicumque ruri degunt, etiamsi nobiles sint,  
comprehendantur, *Cynus num. 4. Angel. num. 2. Jason. n. 1. ad  
d. l. fin. Cod. eod. Tiraquell. de Nobilit. cap. 2. num. 54.* & ab istis  
tantum genere, non loco distinguantur, *l. 16. Cod. de prad. minor.  
l. 166. pr. ff. de Verb. Sign.* his, si in agris in morbum incidant,  
& majorem testium copiam habere nequeant, an eodem modo,  
quo Rusticanis testari sit licitum? quod de Germaniæ Nobili-  
bus affirmare meritò subsisto: per me tamen sint salvæ regno-  
rum extra Imperium Rom. aliorum consuetudines, & Nobili-



lium condiciones, de quibus *Thom. Lans.* in *Consult. orat. contr. Ital.* fusiùs differit. *vid. Chopin. in proœm. tr. de privileg. Rustic. part. IV. lib. III. c. XIII. pag. 142. add. Dauth. de Testam. p. 498.*



## PARADOXA JURIDICA.

1.  
*Ex legitimo matrimonio nascitur Spurius.*

2.  
*Actio furti ultrò citroq̄ datur.*

3.  
*Potest quis diversis occidi temporibus.*

4.  
*Etiam cum mortuis contrahere possumus.*

5.  
*Casus est, quo quis ipsum de se obligatum  
habet.*

6.  
*Datur etiam Lana lignea.*

7.  
*Ante quis elatus, quàm natus.*

T A N T U M.



*Ad*  
*NOBILISSIMUM*  
DN. RESPONDENTEM,  
Amicum honoratissimum.

**T**Hespiadum prolem præsens Te pagina  
monstrat,  
Teque bibisse docet Bellerophontis  
aquam.

Si studiis claris superantur culmina montis,  
Quo residet Phœbus Castalidumq; cohors:  
Mox Tu Parnassi præcelsa cacumina scandes,  
Ornabitque Tuum pulchra corona caput.  
Namque Themis conferre parat Tibi præmia  
digna,  
Cum labor assiduus talia semper habet.

*f.*

*Johannes Dertel / Med. D.*

*Sunt*



Sunt quos pila juvant, sunt & quos gyrus e-  
quorum  
delectat, TIBI sed docta Minerva placet.  
Rectè equidem: rectè missus meditaris Athenas  
cur sis, ingenuis ut vigiles studiis.  
Perge velut pergis. Magnis conatibus ingens  
Autor distribuet præmia magna DEUS.

*Amico veteri  
transmittit*

A. F. T. W.

F I N I S.





Strassberg, Diss., 1674-75

X 2617022

VD 17









137.

30

ΕΠΤΑΣ  
QVÆSTIONVM  
JURIDICARVM.

1675, 11.

QVAM  
ADJUVANTE. DEO.

*Sub Moderamine*


MAGNIFICI, NOBILISSIMI  
ATQVE AMPLISSIMI,  
DOMINI

IOHANNIS. REBHAN. ICTI.  
Sacr. Cæs. Palat. Comit. Diversorum Imperii Sta-  
tuum Consiliar. Patriæque Universitatis Antecessor. Senior.  
ut & Collegiæ Eccles. ad D. THOMÆ. Decani  
Spectatissimi, ac undiquaque cele-  
bratissimi.

DNI. PATRONI. ATQVE. PRÆCEPTORIS.  
sanctè devenerandi.  
SOLENNITER  
*defendendam sistit*

PHILIPPUS. LUDOVICUS. KÜNAST.  
Argentines. Auth.

*Ad diem 29. Mensis April. h. l. q. consuet.*



ARGENTORATI,  
Typis JOH. FRIDERICI SPOOR.

ANNO clb Isc LXXV.

26.

